Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dedit uoce sua grando et carbones ignis Et misit
sagittas suas et dissipauit eos fulgura multiplicat
et conturbauit eos Et apparuerunt fontes aquarum et re
uelata sunt fundamenta orbis terrarum Illuminaue
tua dne ab inspiratione spiritus ire tue Misit de sumo et
arripit me assumpsit me de aquis multis Eripuit
me de inimicis meis fortissimis et ab hijs qui oderunt me
quoniam confortati sunt super me Preuenerunt me in die af
flictionis mee et factus est dnus protector meus Et
eduxit me in latitudinem saluum me fecit quoniam uoluit
me Et retribuet michi dnus secundum iusticiam meam et
secundum puritatem manuum mearum retribuet michi Quia
custodiui uias dni nec impie gessi a deo meo Quoniam
omnia iudicia eius in conspectu meo et iusticias eius
non repuli a me Et ero immaculatus cum eo et obseruaui
me ab iniquitate mea Et retribuet michi dominus
secundum iusticiam meam et secundum puritatem manuum mearum
in conspectu oculorum eius Cum sancto sanctus eris et cum uiro
innocente innocens eris Et cum electo electus eris et
cum peuerso peuertaris Quoniam tu populum saluum facies
et oculos superborum humiliabis Quoniam tu illuminas
lucernam meam dne deus meus illuminat tenebras meas
Quoniam in te eripiar a temptatione et in deo meo transgredi
ar murum Deus meus impollutaeuia eius eloquia dni
igne examinata protector est omnium sperantium in se
Quoniam quis deus preter dnm aut quis deus preter deum nostrum
Deus qui precinxit me uirtute et posuit immaculatam
uiam meam Qui perficit pedes meos tanquam cerui
et super excelsa statuens me Qui docet manus meas